

f. 22^v

875. Halfdene ^{c)} assumpta parte exercitus intravit Tinam totamque Norhumbriam cum monasteriis et ecclesiis est depopulatus. Eardulfus cum corpore sancti Cuthberti fugiens per VII annos de loco ad locum vagatur.
881. Guthredus ex servo per sanctum Cuthbertum efficitur rex ^{d)}.
883. Sedes episcopalis instauratur in Cæstre. Carolus imperator fit ^{e)}.
885. Carolus ^{f)} imperator tertius huius nominis obiit.
886. Arnolfus ^{f)} imperavit annis XV.
893. Guthred rex obiit.
898. Wlfhere archiepiscopus obiit.
899. Ælfredus rex moritur. Et Eardulfus episcopus Lindisfarnensis. Cui successit Cutheardus in Cæstre. Cuius tempore Reinguald rex applicans cum multa classe, divisit terram sancti Cuthberti duobus suis ducibus Scula et Onhlaftall. Eadwardus filius Ælfredi regnavit annis XXII. Arnolfus ^{g)} imperator obiit.
900. Ludowicus ^{g)} filius eius imperavit annis XII.

f. 23^r

912. Conradus imperavit annis VII.
913. Tilred episcopus Lindisfarnensis XIII annis mensibus III.
918. Conrad imperator obiit.
919. Heinricus imperavit annis XVIII ^{h)}.
920. Eadwardus rex obiit. Cui Æthelstanus filius successit XVII. Hic primus obtinuit totius Angliae monarchiam.
924. Æthelstanus rex Scotiam intravit.
925. Wigredus episcopus Lindisfarnensis XVI.
937. Heinricus imperator obiit, cui filius eius Otho successit XXX annis VI mensibus X diebus.
939. Æthelstanus rex obiit. Cui frater Eadmundus successit IX.
940. Wigred episcopus obiit, pro quo Uhtred ordinatur.

^{c)} Haldene Hs.

^{d)} der Rest der Zeile (1...') und ein Teil der folgenden Zeile sind radiert, und der Eintrag wurde durch einen dunkleren Tintenstrich in das Jahr 883 versetzt.

^{e)} Carolus imperator fit am rechten Rand.

^{f)} der Eintrag am rechten Rand. Bei 889/890 sind drei Zeilen ausradiert, vermutlich dieselben Worte, die 885 und 886 stehen. Die Annale für 886 ist auch bei 897 ausradiert.

^{g)} Arnolfus imperator obiit und die Annale für 900 am rechten Rand.

^{h)} die folgende Zeile radiert.